



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 43. Ignatius a Lusitaniæ Rege Viros Apostolicos in Æthiopiam decernere  
rogatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

**Sæcul. XVI.****A.C. 1554.****§. XLII.**

**Pontificis studium in Aethiopibus ad fidem Catholicam reducendis.**

**Orland.**  
**Hist. Soc.****I. 14. n. 122.****& seq.****Maff. I. 2****Qserius I. 5**

**E**odem anno summus Pontifex ad Ecclesiæ unitatem revocare nitebatur

**Abyssinos**, qui Dioscori, ac Eutychetis erroribus infecti Marco Patriarchæ suo eadem hæresi contaminato parebant.

**P**orro Claudio eorum Imperator Religioni Catholicæ admodum propensus

datis literis Joannem III. Lusitaniæ Regem rogabat, quatenus Pontificem

eo induceret, ut in Aethiopiam quemdam ablegaret Episcopum, qui ejus

subditos ad salutis semitam reduceret,

Regnumque Ecclesiæ Romanæ reconciliaret. Evidem Joannes Rex hoc

negotium summa sollicitudine urgebat, pii tamen hujus consilii executionem

semper tumultus Ecclesiæ agitantes interturbabant, unde nonnisi sub Pauli IV.

Pontificatu Regis precibus hoc modo satis fieri poterat.

**§. XLIII.**

**Ignatius a Lusitaniæ Rege Viros Apo-**

**stolicos in Aethiopiam decernere**

**rogatus.**

**Raynald.**  
**num. 24.**

**I**taque Lusitaniæ Rex præprimis cum Ignatio Societatis Præposito rem agere cœpit, ab eoque ex ipsius Alum-

nis

Sæc. XVI.  
A.C. 1534.

*Orland.*  
14. n. 3.

nis quosdam petiit, ut illos in Patriarcham, & Æthiopiæ Episcopum defig-  
nandos summo Pontifici proponere pos-  
set. Ægre quidem Ignatius Regis pre-  
cibus annuebat, veritus, ne ejusmodi  
dignitates humilitati, quam suis disci-  
pulis vehementer inculcabat, deroga-  
rent: Nihilominus ex suis sociis tres  
hanc in rem selegit, Joannem Non-  
niū Barretum Lusitanum, in redimendo  
in Africa Christianos captivos virtutibus  
clarum, Andream Oviedum Castella-  
num Neapolitani Collegii Rectorēm, ac  
Melchiorem Carnerum Lusitanum, qui  
tum Romæ agebat. Ex his summus  
Pontifex Nonniū in Æthiopiæ Patri-  
archam selegit, ac paulo post eidem  
Pallium ex corpore D. Petri desumptum  
transmisit unacum plena potestate, om-  
nibusque juribus non modo in Æthio-  
pia, sed in omnibus vicinis Provinciis  
libere exercendis: insuper Oviedum de-  
stinabat in Nicensem, Carnerum vero  
iu Hieropolitanum Episcopum, ita ta-  
men, ut ambo Patriarchæ Successores  
declararentur. Præterea Casparus Bar-  
zæus nominabatur Commissarius Apo-  
stolicus, ut Goæ, ubi jam Rectoris  
officio fungebatur, stabilem quoque  
sedem teneret. Porro Ignatius huic  
Patriarchæ, ac duobus illis Episcopis  
decem socios adjungebat, una cum li-

E 5 teris

**Sæcul. XVI** teris ad Abyssinorum Regem datis, quæ  
A.C. 1554. tamen non nisi anno sequenti millesimo  
 quingentesimo quinquagesimo quinto  
 scriptæ noscuntur, eoquod horum Præ-  
 sulum iter usque ad id tempus differre  
 oportuerit.

## §. XLIV.

*Pontifex ad amplectendas Florentini  
 Ducis partes propositis Nepotis  
 sui nuptiis sollicitatus.*

*Thu. hist. l. 14* *Daniel hist.  
 de France* *tom. 6. p. 47.* Quamvis summus Pontifex Religio-  
 nis Catholicæ propagationi felici  
 successu infudaret, summis tamen iden-  
 tidem curis angebantur ob bellum, quod  
 inter Cæsarem, & Henricum II. Fran-  
 ciæ Regem, Cosmam Florentiæ Ducem,  
 & Gallos in Etruria exarserat; quippe  
 Galli jamjam diuturna obsidione Clas-  
 rascum, & Fossanum premebant, &  
 quamvis lentius obsidentium labores ur-  
 gerentur, nihilominus timendum erat,  
 ne tandem præsidiarii ditionem face-  
 re cogerentur, eoquod Gonzaga pecu-  
 niæ inopia pressus, militum suorum o-  
 dium stipendiis jam a multo tempore  
 haud persolutis incurrisset, aliunde ve-  
 ro ob dominatus sui asperitatem Hispa-  
 nis magnopere invisus esset: quapro-  
 pter hic Bellidux, cum tam commune  
 omnium in se odium concitasset, haud  
 magna ad Etruscum bellum auxilia Cos-  
 mæ